Quodlib. Quaestio agitanda in Scholis Medicorum die 4a Decembris. M. Claudio Boyvino Moderatore.

6 novembris sic in commentariis

An omnium Corporis Partium una Confluxio et Conspiratio?

Vita humana dierum, mensium, annorumque septenis circuitibus varie mutabilis, sine sanitate dolor est perpetuus, in ejus custodiam (quae in similium ac dissimilium accessione, triplicem affluxum recidente consistit) natura partes omnes atque communi consensu praeditas condidit, commodi ac noxae mutuas inter se participes. Quarum quas ὁμοιομερεῖς dicuntur temperamento, ἀνομοιομερεῖς autem structura laudabili suas functiones edunt, eodemque confluxione, et conspiratione reducuntur. Ex his vero principes suo influxu reliquas conservant, sanitati aeque necessarias: quarum vitiis noxa citius quam ceterarum quarumvis inde vitae toti adferat.

Est enim caloris, ac spiritus vivifici sedes, quae perenni suo motu fovet, primum vivens ultimumque moriens, arteriarum principium, quarum ministerio reliquarum omnium vires et suscitat, et animat. Hinc σύμπνοια μία. Cerebrum nobilissimum arce positum, mentis domicilium, sensus et motus per nervos primarius opifex. Unde συμπάθεια μία συμπαθέα πάντα. Hepar viscerum naturae primum, ejus parenchyma primum haematoseos organum, venarum principium, per venas non tantum sanguificas sed etiam sanguificat alimentum suggerit, hinc denique ξύρροια μία. Ab his quaedam non ignobiles, quarum officio vita carere nequit, ut pulmo, ventriculus, aliae cordi, et jucundiori vitae officium. Nonnullas etiam generationi, non autem vitae necessarias sunt.

Quamdiu enim naturalis structura, et unio manent inviolatae, sanitas integra persistit, at si qua harum vitietur, sive natura, sive casu, corpus aegrotat, variis affectibus subinde malefacientibus, nunc per protopatheiam quae eadem idiopathia est, non contra, alias per deuteropatheiam, quae cum sympathia non semper convenit: maxime vero si partes principes directe temperie affectae sint, aut a sua mediocritate recesserint. Sed non tantum harum vitia ceteris communicantur, alias enim vel minima suas laesiones principibus, et aliis generalis plenitudine, operis societate, et vaporum communione impertiuntur, quod partes mittentium robur, ac suscipientium imbecillitas, situs propinquitas, viarum rectitudo, et latitudo juvat.

E capite catarrhus (cui concitato et consistenti venae sectio salutaris) partes omnes inferiores malo habet, ab eo enim ὀδονταλγία, ... à partibus inferioribus vaporum, et humorum ad alias superiores, maxime vero ad caput ἀναδρομή, unde epilepsia, coma, carus, lethargus, delirium, hysterica suffocatio, vomitio, haemoptoe, calorum vicissitudo confluxionis soboles, sic cavorum intrinsecus, et extrinsecus perpetua, et fibris rectis non semper frigidus attractio. Hac calor insitus ex calido et frigido mixtus facit, accedente partium mittentium robore, aut infirmitate; inde non humorum ὀργασμῷ, cui sedando purgatio, et sanguinis detractio initio conferunt.

Par est ratio cum secta vena partis affectae dolor mitescit, aut totus ... à vulnere, sanguis ... corporis detrimenta aliis ad alium pedemque; ad urinas, cutim, sedem, haemorrhoidas, os, nares confluentia evacuantur, suctionis sensus in ore vertricem excitatur. Hinc perspicua boni malique partium inter ipsas societas. Ut enim alimenti, caloris, ac spiritus naturalis confluxu, ac conspiratione corpus sanum vivit, sic symptomatica labefactatur, sensus quidem, et motus à cerebro, ac ab eodem ἀναισθησία, et ἀκινησία. A corde vita, ab eodem aestus febrilis totum corpus adurit, et absumit, à jecinore nutritio, ab eodem ἀτροφία, capiti, jecori ventres: pulmo cordi, et capiti: lien ceteris tribus principibus utilis, et noxius.

Ergo omnium Corporis Partium una Confluxio, et Conspiratio.

Asserebat Lutetiae M. Geraldus Pontanus Agenensis A.R.S. M.D.LXXXII.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Dni Doctores Disputaturi.

M. Joannes Martin. M. Joannes Lamy. M. Guillelmus Arbineau.
M. Andreas Du Breuil. M. Henricus Blacuod. M. Ludovicus Duret M. et Prof. reg.
M. Claudius Bazin. M. Hugo Prenosteau. M. Petrus Laffilé Med. Reg.